



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

3. Quoto Anno Exodi terra sit explorata, cap.13.v.3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Quamvis coturnicibus sint pasti.

quam fatendum esset, tantam quidem coturnicum copiam populo suppeditam, ut in mensem integrum sufficere potuerit: ijs tamen necdum absumptis gulosis paulo post medium menses Siuan perijisse, & sic populari duntaxat usu loquendi, coturnicibus pastos vno mense. Menochius putat coturnicum octo decim circiter millia millionum fuisse collecta.

CAPVT XIII. NUM. v. 3.

Misisti viros qui considerent terram Chanaan. Ut clarius inquiratur quando hæc missio contigerit tria hic in quæstione pono. 1. Quoto anno ab Exodo missi fuerint isti exploratores. 2. Quo circiter mense. 3. Vtrum post Hazeroth Hebræi per plures mansiones transferint, quam mitterentur exploratores.

QVÆSTIO I.

Quoto anno Exodi terra sit explorata.

Abque multis verborum ambagibus, dico hanc expeditionem ex communi authorum sententia institutam corrente anno 2. ab Exodo. Ita Abulensis Deuter. 1. q. 9. & alibi. Torriellus, Sallianus, l. c. Petavius ann. m. 2454. Cornelius, Bonfrerius, Lorinus & alij Num. 13. Deuter. 1. & 2. Iosue 14. Nam Deut. 2. v. 14. Tempus, inquit Moyses, quo ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit. Missos autem fuisse ex Cadesbarne exploratores ex varijs scripturæ locis, paulo post citandis patet: nec minus certum est, traicisse torrentem Zared, anno 40. ab Exodo, mortuo iam Aarone. Num. 20. v. 29. iuncto cap. 21. v. 12. & cap. 33. v. 38.

Conclusio.

QVÆSTIO II.

Quo circiter mense & die missi sint exploratores.

In genere certum est hanc expeditionem fuisse, quando iam precequa via ressi possunt, ut hic dicitur, ver. 21. Abulensis initio q. 5. ait id contigisse ante medietatem anni secundi ab exitu de Ægypto, in principio mensis quarit, vel quasi. Cornelius initio Iunij, Menochius Iunio. Torriellus ann. m. 2545. num. 62. & 63. putat Hebræos die 13. quarti mensis venisse in Rethma, & circa medietatem eiusdem mensis, emissos inde exploratores, ac tandem 26. mensis quinti ad castra redijisse. Torriello subscribit Lorinus, quoad tempus huius missionis. Sallianus ann. m. 2545. num. 200. ait, peruentum in Rethma siue ad Cadesbarne 16. die quarti mensis: die 17. captum de terra exploranda consilium, & post triduum die 20. eiusdem mensis exploratores esse profectos. Bonfrerius dicit in primis hanc explorationem adornatam sub initium æstatis seu æstiuum Solstitium: deinde ver. 27. hanc rem exactius ponderans, notat Hebræos à monte Sinai digressos 20. die mensis secundi, & tridui iter conficientes: v. l. c. docet pagina, ad sepulchra concupiscentiæ pertigisse 22. eiusdē, ibique plus.

Conclusio.

in genere. Variæ opinionones in specie.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV 17